COMPENDIUM

STENOGRAPHIÆ LATINÆ

AUCTORE C. B....

Franco : 1 franc 50

PARIS

SANARD, DERANGEON et Cie

174 — Rue Saint-Jacques — 174

—

1888

PROŒMIUM

Rationem notarum, quam expositurus sum, non heri elaboravi, ut hodie in lucem ederem, cum fructus sit operæ per plures annos fere continuæ. Neque id intenderam initio, cum unam alteramve notam in scriptis meis introducerem, ut singularem aliquem notandi modum elucubrarem publice proponendum; sed integra currente tempore hæc disciplina quasi sponte exstitit. Quod cum audivisset Emilius Duployé, inventor artis stenographicæ illustrissimus, atque examinasset ipse, me benigne invitavit, ut cum pluribus communicarem quibus pauci fruebantur. Cui invitanti libenter obsecundavi; nam tota hæc notarum ratio proprie nihil est aliud quam usus eorum principiorum, quæ ipse exposuit in libro cui titulus: *Traité des abréviations que comporte la sténographie.*

At quæ latinæ stenographiæ est utilitas? Silentio prætereo, quo commodo esse possit gymnasiorum alumnis, et ad eos sermonem confero, qui studiis incumbunt philologicis, philosophicis, theologicis. His non raro stenographica ars emolumento erit et in excerpendis si quos velint libris et faciendis inter legendum vel audiendum annotationibus. Etenim cum hanc stenographiam ita discere quis possit, ut tenui labore rationem scribendi ter quaterque vulgari celeriorem adipiscatur, et, adhibita aliqua diligentia et exercitatione, brevi etiam oratoris latini verba calamo notare queat, patet adiumentum inde viro studioso afferri non mediocre.

Quem fructum ut secure colligant, hæc summopere suadere velim hanc artem incipientibus, ne initio quidquam scribant quod non relegant semel atque iterum. Nam hic finis, hæc utilitas est stenographiæ, ut, quæ cito scripserimus, postea possimus bene legere. Quam legendi facultatem si quis primis temporibus consequi non studuerit, aliquando stenographiam

accusabit quod legenti sit impedimento et omni careat perspicuitate. Quam temere hoc iudicatum sit is intelleget, qui ab nitio æque bene scribere ac legere didicerit. Quare initio lente, ec te, pulchre fere pingant pictaque lectitent. Quæ si per aliquot heddomadas mensesve praestiteris, quasi sponte enascetur tibi mira in signis formandis dexteritas miraque in interpretandis facilitas.

Iam pauca de principio phonetico quod vocant dicenda sunt. Huiusce stenographiæ signa non exprimunt litteras alphabeti, sed varios linguæ sonos; ita ut, quot sunt diversi loquelæ soni, tot sint diversa signa. Itaque unum idemque signum stenographicum potest varias exhibere formas orthographicas. Ut exempla afferam, F et PH uno eodemque modo notantur; uno eodemque C, T, si assibilantur, possuntque soni Æ Œ, signo vocalis E designari, si quidem auribus nostris unus idemque est sonus, etsi oculis diversi esse videantur.

« At, inquies, quæ inde rerum confusio! Vis igitur oblivioni me tradere orthographiæ scientiam? » Breviter respondebo. Satis enim iam constat quam præclare hæc stenographia pueros non impediat, sed adiuvet in addiscenda linguæ gallicæ orthographia (1). Quæ lingua longe aliter differt a vulgari scribendi ratione quam latina, cum utramque phonetice vertis. Quodsi non pueris, sed iuvenibus sermonis latini iam peritis et viris eruditis hanc stenographiam proposueris, tota evanescet difficultas. Hi enim cum libros orthographice scriptos quotidie legant, vix oblivisci possunt regulas orthographicas, quas tanto studio pridem didicerunt et legentes quasi semper repetunt. Si vero solos libros stenographice scriptos legeremus et una stenographica scriptura uteremur, fieri posse concedendum esset, ut paulatim aliquas orthographicas regulas oblivisceremur. Sed experientia discimus, cuius testimonium non est spernendum, ex hac stenographia nulla enasci incommoda, commoda vero multa. Quare, si libet, periculum experire.

Ex***, d. 15 m. Martii, a. 1888.

C. B.

(1) Cf. « L'enseignement par la sténographie Duployé. »


§1 Notae Indicativi et Coniunctivi.

53 Varia tempora sive vocalibus sive consonantibus praecipuis designantur. Hae sunt notae verbi activi singularis:

Praesens, Imperf., Perfect, Plusqpf., Futurum, Fut. exact

INDICATIVUS:

CONIUNCTIVUS.



54 Significatur Praesens Ind. solo puncto; quod desumpsimus a signo . i " (legIt, audIt). Futurum parvo dimidio circulo . c ", quo vel e vel i exprimitur (amabIt, legEt). Imperf. Conj. signo vocalis e . ᴗ " (amarEt, legerEt). Praesens Conj. positione parvuli circuli dimidiati hac . > ."

Aliae notae facile intelleguntur quid significent: Imperf. Ind. vocalis A . o " Perfect. Ind. littera T . – " Plqpf. Ind. exitus AT . ⌣ " Futur. exact. vocalis O . o " Pf. Conj. exitus IT . – " Plqpf. Conj. littera S . ᴗ "

55 Iisdem notis simplicissimis exprimuntur pluralis activorum, deinde singularis et pluralis verbi passivi et hac quidem ratione:

Adde accentum gravem pro plurali activo (legUNt: ⌐)


Adde signum vocalis U pro singulari passivo (legitUr: ⌐)

Adde accentum acutum pro plurali Passivi (amANtur: ⌐)

56 NB Loco U (sing. Pass.) scribitur solum initium eiusdem vocalis, i.e. ductus parvulus ascendens vel aequus, brevitatis et claritatis causa.

57 Haec descriptio omnes notas Indicativi et Coniunctivi complectitur.


Tabula synoptica.



Retro vel deorsum: e a u eus ius.

Protinus v. sursum: i ani um eum ium

is / es os — as



Pr. Imp. Pft. Plpt. Fut. Fut. ex.

Ind.

Con.

Act. pl.: adde : Pass. Sing. ad.: Plur. ad.:

i u / e o — ane ni no num a — 3ia Pers. / 2a Pers. — 1a P

Pars Prima:


Signa Stenographica.

1. Duobus formantur elementis signa stenographica, ductu et circulo. Quae elementa sunt omnium simplicissima

§1. Ductus.

2. Ductus, qui maior vel minor esse potest, scribitur in quinque diversas partes, ut parvulis sagittis indicatur, et appositos exprimit sonos


G B W D R : K P F T L



Consonantibus igitur G B W D, quas mites vocamus, respondent tenues K P F T, liquidae vero R altera liquida L. Neque hae ab illis differunt nisi magnitudine, puta dimidio minore.

§2. Circulus.

3 Circulum distinguimus maiorem et minorem quem utrumque aut integrum aut divisum in partes dimidias vel quadrantes adhibemus. Hinc tres partes signorum circulo efficiuntur: I^a^ Pars: ◎, II^a^ Pars: ⦶ ⊖; III^a^ Pars: ⊕.



4 Horum signorum notant:

circulus integer minor vocalem A: o, maior vocalem O: O;

5 magni circuli dimidii liquidas M. N. [1] S et J consonantem [2]

parvi " " vocales E et I et diphthongum EI;

6 magni circuli quadrantes vocalem U et diphthongum EU;

parvi " " unam ex his syllabis AN, EN, IN, ON, UN,

si inveniuntur ante consonantem aliquam vel in fine verborum

e.c. tango, mente, princeps, mons, unda, nomen


7. M N S J U & EU E & I & EI AN, EN, IN, ON, UN



8. Vocalis U et diphthongus EU designantur uno ex signis appositis ad libidinem eligendo (cf. 15). Diphthongus vero EU, quae frequens non est in lingua latina, distinguitur ab U puncto addito: U EU



9. Vocalis I ab E etiam puncto in parte superiore addito distinguitur: E I



Pro EI cf. 18.

1.) Signum:) hac maiore forma:) exprimit sonum gallicum GN (ut in his verbis: témoigner; agneau). Quod signum stenographus latinus usurpare potest, compendii causa, pro sonis G + N. v.g. magna, cognosco etc.

2.) J est consonans initio verborum ante vocalem et mediis verbis inter duas vocales v.g. iustus – justus, eius – ejus etc. Excipe tamen vocabula graeca et voces has: iis et Iulus (sed: Julius).

10. Syllabae vero AN. EN. IN. ON. UN. hac inter se ratione differunt.

AN accentu acuto supra: ON eodem infra:

IN " grave " UN " " :

EN nullo addito signo:

NB. Acquisito aliquo usu stenographiae omittere quis facile potest accentus illos et puncta (cf. 40)

11 Soni ae, oe vel phonetice vocalis e signantur vel vocalibus a et o, quibus addendum erit punctum infra (cf. 79)

vg. poena vel portae vel etc.

§3 Soni pronuntiatius diversi.

12 Quot linguae vivae tot fere sunt species pronuntiationis linguae latinae. Quamobrem principio phonetico cum undequaque nitatur haec stenographia, occasio non parvae confusionis praeberi videtur. Nam consonans C ante E et I, G. SC. T. si assibilantur, consonans Z, diphtongus AU, syllaba UM finalis, sonus CH in vocibus, quae latinam non habent originem, syllaba EN in mediis verbis & haec omnia diverse pronuntiantur 1) Omitto eos sonos, qui licet diverso modo proferantur cum communi signo notentur, nullam afferunt legenti difficultatem. Tales sunt vocalis U, diphtongus EU, syllabae AN. IN. ON. UN. consonans J. alia

---

1) E.g. syllabam „ge" in vocabulo „generis" pronuntiant, quantum litteris exprimi potest: Britanni „tje" Galli „je" Germani „ghé" Hispani „CHé" Itali „dje" etc

13. Jam lingua latina omnibus in regionibus est usui. Ut igitur unusquisque qualemcunque adhibeat pronunciatum et aliorum scripta eadem facilitate ac sua legere possit, hae animadvertendae sunt signorum mutationes ceterum valde simplices.

14. Indicantur: G ante E et I signo G duri cum parvulo ductu in parte dextra: , C, SC, T si assibilantur, necnon Z signo S maioris formae:

CH, ut in Michael, anarchia signo K cum ductu: (vel simplici K)

Diphtongus AU signo vocalis O incurvato hoc modo: O, cuius UM positione distinguente (cf. 23). H aspirata (nisi quis omittere iam velit) duobus quadrantibus: [1]

Qu et Gu scribantur K+U et G+U vel plurimum solo K et G, compendii gratia, nisi duae legendae essent syllabae, ut in „arguo" etc.

V semper scribitur signo W. X formatur signis K et S.

§ 4. Quomodo signa inter se iungenda sint.

15. Hanc simplicem servato legem: „Angulos in coniungendis inter se signis, si fieri potest evita." Angulum intellegimus uni-

---

1) Accepta auctoris facultate hoc signum, quod optime huic disciplinae congruit, desumpsimus ex libro cui titulus: „Die Stenographie Duployé für die deutsche Sprache bearbeitet v. J. Weiler 3te Auflage."

onem non continuam unius signi cum altero. Quem angulum ut facilius vitare possis, quatuor pro vocalibus variae positiones eiusdem signi allatae sunt (cf 7), ut illam eligas quae faveat legi. Potest vero et debet vitari angulus semper in pergendo a consonante ad vocalem et initio verborum.

16. Ceterum notandum est, falso iudicare, qui putet, omnem scribendi rationem non rotundam nocere celeritati. Illae e g uniones ge rg tg gt sl lb mg ne lk kl sk sm etc nihil nocent et impediunt, ne signa ullo modo inter se confundantur

17. Exempla: amara salta grato dolor
mora sors rosa ome gene
rege grege stella stellae poena
coeli maior time dedi fieri
sincere aura rumor audi seu
ceu heu Eurus laus gaudia
pauper audivi saucii tanta man
do grande lancea monte
mons constat tondeo tendas
tento nomen crimen culmen
flumen attingo scindo fingo
mundo unde tundo ean in m
Michael anarchia homo hic hoc
hunc hinc abstraho quis vel

quod … vel … quaestor … vel … cf. 14. Gu et Gu;
arguo … fas … fasces … Caesar … Italia …
Tili … Tonde … etc.

18. Diphthongus "EI", quae parvo dimidiato circulo indicatur, unitur cum consonante angulum efformando ut distinguatur a signo vocalis e e. g. hei … queis … Si vero diphthongus non adest scribitur e + i e. g. fidei … rei … aurae … etc.

19. Consonantes geminae generatim non respiciuntur. Quas si quis velit indicare in aliquibus casibus, id faciat parvulo ductu e. g. erras … errans … fere … ferre …

20. Notandum est, G duplex, ut in vocabulo "aggere" duobus signis diversis indicari (cf. 14) … vel …


Littera G duplex, ut in hoc verbo: "aggredi" vel non respicitur … vel scribitur secundum n.° 19 … quia confusionis hic nullum est periculum (cf. 14)


Pars Secunda:

Notae faciliores constantesq.

A. Notae exituum in declinationibus.

§1. Positio distinguens.

21. Omnia signa vocalium, quibus voces finiuntur, duplici modo duci possunt: protinus vel retro si agitur de his consonantibus:   sursum vel deorsum, si de his: 



22. Jamvero has duas positiones diversas ita determinavimus, ut idem signum, si protinus vel sursum scribatur, aliud significet quam si ducatur retro vel deorsum. Quae positio distinguens appellatur.

23. Cuius hanc serva legem.

retro vel deorsum duc: e a u au ius



protinus vel sursum duc: i am um eum ium

Quamobrem parvulus circulus dimidiatus et signa vocalium A et U et syllabarum EU et IU varias significationes in fine verborum assumunt nec ullam possunt, lege observata tam facili, confusionem praebere.

24. Exempla: pone, pone, mitte, mitte

age, age, se, si, me, mi

acu, acuae, acua, acuam, alta

altum, casa, casam, cella, cellam

summa, summam, portu, portum, sensu

sensum, auditu, auditum, quacu, quacum

domu, domum, manu, manum, decum

vinum, vicinum, annum, agnum, decum

primum, casus, casum, focus, focum

Deus, Deum, aureus, aureum, ahenus

ahenum, lectus, lectum, Marius, Marium

[Punctum, quo -ius ab -us distinguitur, fere semper negligi potest. e.g. fortius, fortium etc.]

25. Syllaba finalis -us dicam vocali U designatur, quae protrahitur paululum. Positione distinguente non indiget, cum nihil significare possit nisi -us. e.g. bonus, cuius, domus, sensus, casus, primus, dolus, fortius, altus, servus

26. Syllabae -uus et -uum, ut per se patet, scribuntur u + us, u + u, e.c. mortuus, motuum, suus, suum, tuus

---

1) Syllabae finales -mum et -num, cum saepe sint initus -mu et -nu mutata lege (cf. 23) scribi possunt deorsum. Quae scribendi ratio aliquibus facilior videri potest.

tuum ... conquum ... continuum ... &c.

27 NB. I et E positionem distinguentem usurpant, si fieri potest, etiam in mediis verbis v.g. redde ... rude ... mille ... molle ... molli ...

§ 2. Syllabae finales as - es - is - os.

28. Sint quidem haec verba stenographice scribenda: amas flores, miles urbis, bonos mores. Syllabae finales as, es, is, os, non litteris, sed secundum hanc formulam notentur

IS		
ES	OS	AS

quae repetitur ex principio generali in tertia parte explicando. Linea aequa signat consonantem, quae praecedit syllabam finalem, ut v.g. m in amas, r in flores. Cum punctum, vel eius loco signum, quo incipit sequens verbum, sub, cuiusmodi consonante ponis, exprimis syllabam es finalem, cum supra: is, cum ante: as; denique cum apponis uno calamo ductu accentum dextrorsum vel sequentis vocis initium, indicas exitum os.

V.g.: amas flores ... vel ...; miles urbis ... vel ..., bonos mores ... vel ..., fortes viri ..., fortis viri ... viri fortis ..., amas ..., panis ..., annis ..., vias ..., pueros ..., solos ..., longos ... etc.

NB. Ut intelligatur, quid sibi velint haec verba: sub, supra, ante, inspiciendus est finis signi stenographici: v.g. ...

(Punctum medium indicat ante.)

29. Cum leges nr 23 et hac paragrapho explicatae observantur, sic scribendum erit: v.g. deliciis meis ...; doceas me ...; filios principis ... vel ... desideriis ... filius ... filius ... filios ... ferreis ... ferreas ... etc.

§ 3 Syllabae finales -bus et -em

30. Exitus -bus solo signo B: (exprimitur, quo etiam -ibus exhibetur, si brevis est penultima. Per extensionem eodem modo scribitur -bis in nobis et vobis. Celeritatis causa non ponitur nisi initium signi B, ita ut ducatur accentus directus, v.g. militibus ducibus dolentibus erroribus regibus nobis vobis.

31. Exitus -em solo signo N: (notatur, cuius initium tantum ducitur ita ut sit accentus obliquus. v.g. militem ducem dolorem errorem regem amantem ducentem etc.

§ 4. Usus aliqui.

32. Exitus -ion (-is, -i, -em, -e, etc.) signantur signis i+on, quibus adduntur exitus varii. v.g. fictionis ioni ione ionem iones ionum ionibus obligationem applicationis occasionibus exclusionem explicatione approbationi etc.

33. Nominativus -io potest significari per -ion v.g. ratio dictio fictio etc.

34. Exitus -itudo -titudo solo D extenso luculenter indicantur, cui signo facile possunt adiungi aliae terminationes similiter ac nobis ostensum est. v.g fortitudo fortitudinis -inem -ine -ini aptitudo -inis -inem certitudine consuetudinem etc.

35. Exitus -iter in adverbiis solo T designari potest et IT si praecedit iam littera T. v.g viriliter universaliter breviter sed

fortiter. [sign] etc.

36. Syllaba superlativi -issimus cum aliis casibus brevissime ita exhibetur, ut scribatur -us iuxta n. 25, producendo hoc signum donec formetur circulus incurvatus [sign] (qui signum est diphtongi AU (cf. 17), quae tamen nunquam invenitur in fine verborum)

Servatis legibus (cf. 23), quas pro e, i, a am, um, et (cf. 28) pro as, es, is, os, statuimus, sic declinabis stenographice e.g. dulcissimus [sign]

-issima [sign] -am [sign] -mum [sign] -me [sign] -mi [sign] -as [sign]

-os [sign] -is [sign] fortissimus [sign] -mum [sign] -ma [sign] -mam [sign]

-me [sign] -mi [sign] potentissime [sign] sapientissimum [sign] saepissime [sign] etc.

37. Finales -issimo -issimorum -issimarum per se patet, quomodo possint indicari e.g. dulcissimo [sign] fortissimarum [sign] potentissimorum [sign]

38. Aliae syllabarum notae ut -imal ... ([sign]), -imat ... ([sign]), -litat ... ([sign]) etc. facillime unusquisque, intellectis principiis adhuc declaratis, statuere poterit.

B. Notae in mediis vocabulis.

§1. Notae per sola signorum puncta et accentus.

39. Ut diximus in parte tertia cf. 19, punctum supra positum exprimit vocalem i, infra vocalem e. Hoc principio cognito, illam notandi rationem optimam hic iam applicare licet. Syllabae sis (scis), ses (sces) scribuntur solo signo S vel C assibilati, cui addendum est punctum supra,

ut indicetur sis (scis), infra ut exprimatur ss (ces) v.g. possessio pos-
sessionem possessoribus sessionem processus
necessarius Cicero Caesarem.

Quae puncta, si signum S paululum protrahitur, facile omitti possunt
v.g. necessarius etc.

40 Saepe solo accentu respondente (cf. 10) exprimuntur syllabae an,
in, on, un v.g. sancta mundus singuli etc.
Attamen melius solet esse neglectis accentibus eadem verba signo
parvulo quadrantis scribere v.g.

41 Syllaba in- semper notatur solo accentu suo, si eam sequitur vo-
calis v.g. inauditum inmemorabilis innumerabilia

42. Syllabae sens, cens, (scens), cum accentum non habeat proprium
syllaba en, exprimi possunt accentu traducto per signum S (cf. 10)
v.g. sensus dicens sensualista insensus incen-
sus:

§2. Notae aliquot arbitrariae.

43. Omittere licet vocalem i in syllabis min, nim, praesertim si
breves sint. v.g. anima homine domini nomini
neminem etc.

44. Propter diversitatem pronuntiatus possunt (non debent) sylla-
bae AM. EM. IM. OM. UM si inveniuntur ante consonantem insigniri
signis pro an. en. etc statutis (cf. 10) v.g. ampla tempt.
simplex impero umbra compono etc

45. Hae tamen syllabae cum praecedunt vocalem vel litteram K
et N

praescribantur v.g. imo immemores immaculata gemina commemoro annus summo etc.

§3. Notae syllabarum dis-, trans-, inter-, intro-.

46 Dis et trans solis D et T notari possunt, quae signa uniuntur sequenti cum signo, dummodo angulus formetur, quo monstratur compendium v.g. disiungo, transmigro, dispono, transire, sed v.g. distribuo etc.

47 Inter exprimitur signo R / per quod ducitur initium alterius partis vocabuli compositi v.g. interrogo, interpositus, intervenit, interseco. Eadem ratione signari potest intro in paucis ubi habetur vocabulis v.g. introduco etc.

C. Notae vocabulorum integrorum.

§1. Vocabula separatim sumpta.

48 Sunt vocabula quae saepissime adhibentur. Haec si constanti modo contrahuntur, oculis facilius innotescunt, quam si integre scripta essent. Complura hic enumeramus, nec difficile erit perspicere, quo principio fuerint notata, ita ut quis eodem modo alia plura possit adiungere.

49. Exempla: a, ab o adversus \ apud aut O bene | circa circum contra denique dum extemus e, ex enim ergo ego etc. etiam e.c. e.g. extra idcirco i.e. igitur V inde iam ∩ (mei mihi minimus, etc.) modo namque nihil non nunquam omnis, etc. omnino per post postea prae praesertim ~ praeter ✓ priusquam) pro O propter quamprimum qua o!, O!

tenus quamvis quantumvis quando quominus
quoniam quidem secundum sed sicut simul
sub super supra tamen tanquam unde u-
trum ut ultatenus vero verbi gratia (v.g.)

49 Ex illis haec derivantur notae: alienum deinde dummodo
e contra denim etiamsi unde iamiam tamen
tamvero nec vero non nihil nonnisi nonnunquam
non vero proinde proinde sed iam sed non sed
non solum simulatque siccro solummodo quapro
ter verum etiam verumtamen

§2 Vocabula eadem in compositis

50 In compositionibus iisdem notis utemur v.g. postpono propo
no exclamo praedico permaneo pertinet subs
ist. Nihil obstat quominus scribatur uno cursu:

§3 Vocabula variarum scientiarum propria.

51 Eodem pacto exhiberi possunt aliae voces quae occurrunt frequentiores theologis, philosophis, philologis –

D Ratio propria notandi coniugationum exitus

52 Qui linguae latinae satis sit compos, his uti potest notis in coniugationibus. Scribuntur enim verba usque ad syllabas finales proprias. Hae vero syllabae signis brevissimis semperque iisdem indicantur, ita ut celeritas scribendi salva claritate operatur.

§1 Notae Indicativi et Coniunctivi.

53 Varia tempora sive vocalibus sive consonantibus praecipuis designantur. Hae sunt notae verbi activi singularis:

	Praesens	Imperf.	Perfect	Plusqpf.	Futurum	Fut. exact
INDICATIVUS:	·	∘	–	⌢	c	o
CONIUNCTIVUS:	›	◡	–	◡		

54 Significatur Praesens Ind. solo puncto; quod desumpsimus a signo „ i " (leg It, aud It). Futurum parvo dimidio circulo „ c ", quo vel e vel i exprimitur (amab It, leg Et). Imperf. Conj. signo vocalis e „ ◡ " (amar Et, leger Et). Praesens Conj. positione parvuli circuli dimidiati hac „ › ".

Aliae notae facile intelleguntur quid significent: Imperf. Ind. vocalis A „ ∘ " Perfect. Ind. littera T „ – " Plqpf. Ind. exitus AT „ ⌢ " Futur. exact. vocalis O „ o " Pf. Conj. exitus IT „ – " Plqpf. Conj. littera S „ ◡ "

55 Iisdem notis simplicissimis exprimuntur plurale activum, deinde singularis et pluralis verbi passivi et hac quidem ratione:


Adde accentum gravem pro plurali activo (leg UNt: [sign])

Adde signum vocalis U pro singulari passivo (legit Ur: [sign])

Adde accentum acutum pro plurali Passivi (amANtur: [sign])

56 NB Loco U (sing Pass) scribitur solum initium eiusdem vocalis, i. e. ductus parvulus ascendens vel aequus, brevitatis et claritatis causa


57. Haec descriptio omnes notas Indicativi et Coniunctivi complectitur



§2. Distinctio personarum.

58. Notae, quas posuimus, sunt tertiae personae, quippe quae saepius occurrere soleant quam aliae. Per extensionem iisdem notis indicantur aliae personae, hoc adhibito discrimine. Tertiam personam nota indicat, si supra linea scripturae, primam, si in linea, secundam si infra collocatur.

59. Quomodo intelligendum est supra, in, infra? Inspicitur vel linea scripturae vel figura stenographica (cf. 28).

60. Exempla: amabat me  monebant virum
legebamus librum audiebat concionem
floruerunt artes floruit civitas
legerent libros ut amarent Deum
ut ponerent hoc amavissent te
monuisset hominem celebrabunt festum
parentes amantur leguntur libri
oratores audiuntur creabatur consul
monebantur pueri ne privaretur libertate

61. Verba irregularia perscribuntur usque ad exitum regularem,

qui signis supra propositis indicatur v.g. dix^erunt pepercerunt. cecidissent cepit etc

62 Perf. et Pqpf. passiva sive Indicativi sive Coniunctivi coniugari possunt, adhibita sola nota verbi auxiliaris (cf. 73) v.g. amati sumus, positus erat vel posita est positi erant quaesiti essent etc

63 Prima persona Praesentis Ind. verbi activi et passivi perscribuntur, secunda vero persona Praesentis Ind. activi secundum regulas expositas n° 28 notatur.. Notae verborum in universum saepe negligi possunt. Sic scribam v.g. leget pro legam pro etc. etsi fere eadem celeritate utrumque scribitur. Adhibendo vero compendium pluries evitatur amphibologia v.g. recipit recēpit venit vēnit legit lēgit pro

§3 Notae Infinitivi.

64. Infinitivus activus exprimitur signo vocalis e (-rE) sic posito, passivus vero i (-rI) positione hac: Utraque positio est alphabeti (cf tab synopt.). Quae signa ut exprimant Indicativum, apponuntur sine ductu verbis efformando angulum stenographicum. Qua inusitata unione ostenditur adesse compendium

65 Exempla: ponere audire dicere monere currere sistere iacere disponere transmutare

66 Infinitivus vero, si solo i terminatur, sine compendio scribitur v.g. poni legi reddi etc.

67. Exitus -are -ari potest indicari (cf 23) vocalibus -a -e v.g. curare curari amare amari

§4. Distinctio Infinitivorum.

68. Iisdem signis et addito ductu auxiliari (cf. 80), et si ponuntur supra lineam, indicatur Perfectum activi et passivi; si infra lineam scribuntur, Futurum activi et passivi v.g. legisse: lectum esse vel fuisse amaturum, am. um esse amatum iri amavisse monuisse

NB. Syncopae: asse -isse -iise significari possunt his signis: prior -ae (cf 67), aliae communi nota Infinitivi Perfecti addito puncto pro i v.g. amasse quaesisse petiisse

§5. Notae Participii et Imperativi.

69. Participium Futurum Passivi notatur semper parvo ductu scindente consonantem, quae praecedit exitum (cf 79: ar, en, in). Casum facile contextus supplebit. Si minus scribatur terminatio tota v.g. Epistola est scribenda Hic vir monendus est: ibo ad concionem audiendam

70. Eodem modo indicatur Gerundium v.g. nunc est hora sumendi prandium:

71. NB. G ante e et i, cum iam habeat ductum sibi proprium (cf 14) vel negligi potest unus, vel maiore notandum est v.g. liber legendus est vel tempus legendi:

72. Imperativi terminationes, si respondent exitibus alius modi, eadem notis atque illi notantur. Ceterum perscribuntur v.g. ama-

mini C, amato Co etc.

§6. Verbum auxiliare Esse

73. Notae, quibus verborum fines exhibentur, si singulares sumuntur exprimunt verbum Esse. Haec igitur huius verbi est coniugatio

	INDICATIVUS						CONIUNCTIVUS						INFIN.
	SINGUL			PLURAL			SINGUL			PLURAL			
PERSONA	I	II	III	I	II	III	I	II	III	I	II	III	
PRAESENS	∸	⋯	⋯	ˋ	⋯ˋ	ˋ	⊃	⊃	⊃	ʔ	ʔ	ʔ	^
IMPERFECT	ọ	ọ	ọ	ɑ	ɑ	ɑ	ᴗ	ᴗ	ᴗ	ᴖ	ᴖ	ᴖ	
PERFECTUM	–	–	–	¬	¬	¬	=	=	=	⌐	⌐	⌐	^
PLUSQUAMP	≗	–	–	∽	∽	∽	ᴗ	ᴗ	ᴗ	ᴖ	ᴖ	ᴖ	
FUTURUM	·	·	c	c	c	c							
FUT EXACT	o	o	o	ɑ	ɑ	ɑ							⋯

N3. Confusio, quae possit oriri cum quacumque alium notis indicat verbum auxiliare an finem alius verbi eo tollitur, quod in secundo casu spatio fere nullo intermisso scribuntur notae in priore vero aliquo intervallo relicto

E.g. Multi homines sunt in Europa : ...

... habitant : ... Novimus ...

Nos fuimus : ... Ut amarent : ...

Amati essent : ... vel : ... etc

Pars Tertia:

Notarum Ars Integra.

A Artis expositio.

74. Quae hucusque exposuimus, colligemus hac parte statutoque principio generali, rationem notarum indicabimus, cuius ulteriorem perfectionem parte 4ª breviter ostendemus

§1 Principium generale


75 Plurima sunt linguae latinae vocabula, quae, si quis eorum initium noverit et exitum, facillime legere poterit, etiamsi aliquot mediae syllabae desint. Lege, quaeso, has contractiones: Hae propos(i)$^{\underline{ion}}$ dem(on)$^{\underline{are}}$ con(a)$^{\underline{bimur}}$, quae sit stenogr(a)$^{\underline{iae}}$ util(i)$^{\underline{as}}$.

76 Iamvero haec nostra est notandi scribendique ratio: Cum aliquod verbum non perscribitur, indicamus 1) adesse verbum usque ad talem consonantem vel vocalem inscriptum, 2) proxime sequentem syllabam esse hanc vel illam, 3. exitum accuratissime sic esse.

77 Primum illud ab ipso stenographo pendet, cui moderatio maior vel minor commendanda est prout linguae latinae et artis stenographicae est peritus. Duo alia nostra notandi arte statuta sunt

78 Mirum videbitur, si affirmo tali scribendi modo stenographicam lectionem atque scriptorum conspectum fieri faciliorem clarioremque, quam si verba integra scripta sint 1)

79. Hac figura rationem simplicissimam explicabimus



Aequa linea significat vel vocalis vel consonantis signum, quod ultimum a stenographo scriptum est in vocabulo contrahendo, v.g. Ṡ in propos (i) ione. Iam si super hoc signum terminationem v.g. ione in exemplo allato, scribis, exprimis vocalem i; si infra, vocalem e, si supra apponis, vocalem U, si infra, vocalem O, si ante signum ducis, signas vocalem A, denique, si per signum stenographicum ducis eutum, exprimis unam ex his syllabis: an, en, in, on, un. (Vide exempla n° 83.) Ecce totum secretum et tota operatio non minus simplex quam celeris.

§2. Ductus auxiliaris.

80. Vidimus supra (cf 23) solam vocalem a, diversa positione, aut a, aut am posse exprimere. Quod inde efficiebatur, quod dextrorsum vel sinistrorsum erat ducta. Sed separa hanc terminationem separatamque scribe ita o; iam ignoras, utrum sinistrorsum vel dextrorsum fuerit notata. Ubi parvulus ductus omnem submovet difficultatem et retro aut protinus fuisse scriptum, optime indicat 9 et ρ. Itaque vocatur ductus

1) cf. „Traité des abréviations que comporte la Sténographie 2e Éd. p. 2"

auxiliaris.

B Syllabae finales separatae.

§ 1 Exitus declinationum.

Ductus auxiliaris ope complures in priore parte (cf 23. 25. 28. 30. 32.) expositas et alias simplices syllabarum finalium notas hic adiungimus lege de retro et protinus scribendo observata.


Retro: a: e: ea: ia: us: ius(eus):

Protinus: am: i: eam: iam: um: ium(eum): ii(iae): em: io: ionem: ionis: ioni: o: arum: iae(ei): bus: io(NOM): ionib.: iones: ioni: issim.:

§ 2. Restat, ut praeterea quatuor exitus indicemus, qui sunt in syllabas: as, es, is, os. Scimus (cf 28) priores tres indicari puncto aut ante aut infra aut supra posito; quartam vero accentu dextrorsum scripto. Per ductum auxiliarem ita exprimuntur, servatis legibus de protinus pro i et retro pro e (cf 20), ante pro a et dextrorsum pro os (cf 28) scribendo.

ES : IS : AS : OS :


§ 3 Exempla: Potentia prior est quam usus.. Dicunt Philippum



fuisse regem potentem. Creatio est opus Dei.[1] Cognitio homi-



nis est intellectiva. Conditio sine qua non. Hace parti.



1) Dei — dii — die —

nent ad essentiae constitutionem. Bene uti occasionibus

est ars magna. Indig(en)tia. Intellig(en)tia. Observ(en)

tia. Hic orator magnam habet fac(un)diam. Hac pro

pos(i)tione ostenditur, quae sit sten(o)graphiae utili-

tas Haec erant verba dic(en)tis. His propos(i)tionibus

dem(on)stratis intelligimus sent(en)tias advers(a)ri-

orum esse falsas. Ita vereor, iud(i)ces, ne turpe sit etc.

Haec iud(i)cii nova forma etc.

84. Adiectiva numeralia 1) sic stenographice possunt exprimi

---

1) Stenographia haec etiam propria signa habet pro numeris:

1 2 3 4 5 6 7 8 9 0 v.g. 1888 ... 185264 ...

10 = 1. 100 = 1° 1000 = 1‾ v.g. 600500 = 6‾5°


Parvulus circulus adhibetur in repetendis signis linearis v.g. 33.

NB. Interpunctio eadem est ac in vulgari scriptura. Signum vero unionis ita fit. + v.g. homo-Deus. Interpositiones possunt sic indicari [ ]. ( ). { }.

(cf. 81) – primus 1° secundo 2° tertium 3° quarti 4° quintae 5° sextum 6° septima 7° octavam 8° nonas 9° decimos 10° undecimis 11° duplex 2° triplex 3° duplicem 2° triplicibus 3° etc.

§2. Exitus coniugationum.


85 Addito ductu auxiliari omnes verborum notas 3ae personae sic describimus (cf. 57):



86 Participium Futuri et Gerundium et Imperativus non ultra contrahuntur quam dictum est n° 69 et 70.

87 Principium illud generale, eodem modo quo adhibuimus (cf. 76 79) pro declinationibus, etiam pro coniugationibus adhibemus. Quare tantum exempla, explicationibus non repetitis, afferam.


88 Exempla: Homo cogn(o)scit spiritualia. Spiritualia cogn(o)scuntur



ab homine. Orator dem(on)stravit Deum esse colendum. Deus re-



rum creatione se man(i)festavit op(e)r(at)ionis. Christus mortuus est,




ut nos Deo reconciliaret. Utinam homines nunquam commit-



terent peccatum.

89. Exercitii causa aliquas sententias diverse notatas hic addimus.



90. Sunt quaedam verba, quae non raro occurrunt, ut habere, posse, licere, debere etc. Possunt ita notari, ut eorum primae tantum litterae scribantur, quibus exitus varii adiunguntur. v. g. habebat, haberet, habuimus, potuit, possent, potuerit etc.

91. NB. Ut omnis submoveatur confundendi occasio, subduci lineola possunt, si scribuntur secundum n. 57. (non vero opus est, si adhibentur iuxta n. 85): 1 Persona Imperf. Sing. Indicat. et Coni. atque Sing. Coni. Perf. et Plusqpf.[1] nec non eaedem notae verbi auxiliaris (cf 73.) Hac adhibita cautela eae notae, quae frequentioris sunt usus: a ab o ex sub (cf 49) et voces haec: at et non confundentur.

1) etiam Ind.:



Pars Quarta:

Ratio notandi ulterioris perfectionis.

92. Notandi rationem, quam prioribus duabus partibus indicavimus si quis recte adhibet, posita aliqua stenographicae artis exercitatione, non dubium est quin possit oratoris latini dictionem commode litteris stenographicis consignare.

93. Attamen haec notarum disciplina ulterioris perfectionis est capax. Cum vero fusius hanc exponere hic non possimus, sufficit lectori intelligenti generaliora quaedam principia novisse.

§1. Appositio notarum in declinationibus.

94. Principium est quoddam stenographicum: melius esse ductum scribere quam levare calamum. Quod tamen necessario supponit levando stilum nihil novi notare stenographum. Nam si punctum vel accentum ponendo integras syllabas possum negligere, nemo est, qui non videat, talem operationem non nocere scribendi celeritati sed eam iuvare v. g. si hoc vocabulum obligationibus possum ita scribere  hoc melius erit quam si calamus non levetur et scribatur  vel  -

95. Quaeri igitur potest: nonne possimus omissa positione distinguente (cf. 79.) uno ductu terminationem etiam contractis vocabulis apponere (cf. 76 1°)? Possunt apponi illae terminationes hac servata lege: necesse est, ut angulum stenographicum formet nota apponenda, quae signo intelligitur ea quae diximus n° 76 1° et 3°. V.g. loco: obligationem

positione   cognitionem   occasione

indicium   intelligentem   indigentia

scribere licet: obligationem   positionem

cognitionem   occasionem

§2. Positio distinguens verborum.

96. Eodem modo ac declinationum etiam coniugationum notas adhibere quis potest. Quum personas ipsas (cf. 80) ponendo monogramma in linea, vel supra, vel infra optime exprimit. Ne alia afferam verba quam ea de quibus sermo fuit n° 90 sic scribam v.g. habet

habemus   habent   habebat   habebam   licuit   licet

licebat   licuisset   poterat   poterant   potuerunt

potuerant   potuissent   etc.

97. Cum opusculi forma non permittatur, ut integrum de hac notandi ratione, qua brevior vix cogitari possit, librum scribamus, satis est lectori intelligenti ostendisse viam. Quam tamen ne ingrediatur suademus, nisi perfectam acquisiverit prioris partis cognitionem et usum non mediocrem.

---

1)

§3. Positio generalis super lineam Scripturae.—

98. Sunt vocabula plurima, quorum et syllabas, si quae desunt, et exitus varios non appositos indicabit contextus. V.g. quis homo doctus non posset syllabas in hoc vocabulo omissas supplere: "Sunt divites et paup."



99. Quae sint vocabula huiusmodi, hic locus non est fusius indicare. Si quis vero tales velit adhibere notas, eas super lineam scribere potest, id quod relegendo adiumento erit e.c. Sunt divites et paup.



; Est unicus Deus, qui colendus est et amandus



Additamentum.


100. *) Exposita stenographiae latinae ratione, cuius elementa simplicissima, paucis adhibitis principiis generalioribus, perfectissimum, nisi fallor, scribendi modum efficere et fulcire possunt, cum minime ignorem illius perfectionis apicem me non attigisse, lectorem benevolum, si aeque stenographiae Duployensis ac linguae latinae peritus est, velim rogare, ut si qua nova invenerit vel putet esse melius explicanda quaedam, ea communicet cum viro illustrissimo Emilio Duployé. *)


*) Monsieur E. Duployé à Corbeny (Aisne) France.—


Sténographie Duployé

Initium exordii
orationis quam Cicero habuit pro Milone
stenographice scriptum
secundum regulas statutas

in Parte I & II. | in Parte III. & IV.







INDEX